



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


888

P296<sup>pn</sup>

H3



A 874,410











*Philodemus von Gadara*

PHILODEMI  
ΠΕΡΙ ΠΟΙΗΜΑΤΩΝ

LIBRI SECVNDI

888  
P296p2

QVAE VIDENTVR FRAGMENTA H 3

DISSERTATIO PHILOLOGA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

AMPLISSIMO IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA  
RHENANA PHILOSOPHORVM ORDINI

TRADITAM VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIIS

DIE XIII MENSIS AVGVSTI ANNI MDCCCLXXXVIII HORA XII

PVBlice DEFENDET

SCRIPTOR

**AVGVSTVS HAVSRATH**

HEIDELBERGENSIS

ADVERSARII ERVNT

ERICVS PERNICE

OTTO CVNTZ

ERICVS LIPPELT

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEVNERI

MDCCCLXXXIX





888  
P29677  
H3

**FRANCISCO BVECHELER**

**HERMANNO VSENER**



1720010

Herculanensium

3-17-21

12504

Commentariorum περί ποιημάτων fragmenta permulta in altera voluminum Herculanensium collectione<sup>1)</sup> edita sunt, ex voluminibus quorum tria modo auctoris nomen prae se ferunt, reliqua sine titulo tradita sunt. de Philodemi libro quarto quae supersunt (CA. II 148—58) suppleta edidit Theodorus Gomperzius in ephemeride austriaca „Zeitschrift für österreichische Gymnasien“ a. 1865 p. 718—20. ibidem ille libri quinti Philodemei (CA. II 159—97. cf. 198—208. volum. Herc. Oxon. II 117—35) argumentum a parte enarravit, locos quosdam restituit, corrigens in his maxime Dübnerum, qui duodecim huius libelli paginas restitutas ceteras ex apographo Oxoniensi expressas ediderat anno 1840.<sup>2)</sup> cetera volumina quomodo inter se cohaereant paucis inlustrare studuit idem Gomperzius, vir de tota hac chartarum Herculanensium provincia eximie meritus: „Wiener Studien“ II p. 140—42. sed quae tum sibi eruisse visus erat a parte nuper irrita esse iussit, postquam Ioannis Kemkii opera patefactum est, quam amplius fuerit in enarrandis adversariorum sententiis scriptor Gadareus. iam illa quoque fragmenta quae in quarto collectionis alterius tomo leguntur — haec enim adversarii cuiusnam scriptioni antea dederat — quin Philodemo tribuenda sint nullus dubitat Gomperzius: „Zu Philodems Büchern von der Musik“ p. 28. „Nachlese zu den Bruchstücken griech. Tragiker“ p. 13.<sup>3)</sup> ego si quae in hac re effeci his paginis propono, non de uno quoque libro certa me invenisse confiteor; neque id mirum, cum decem saepe aut minus fragmentis constet volumen. sed de nonnullis atque eisdem gravissimis libris recte me statuisse credo. haec igitur exponam, quo viam mihi muniam ad edendum commentarium omnium longe gravissimum — secundum, ut me evicturum esse spero, Philodemi de poematis librum.

pauca praemittere placet de volumine n. 1014 (CA. V 1—21.

1) CA. II 148—208. IV 109—208. V 1—23. VI 127—87. VII 81—123. VIII 163—65. IX 25—30. 31—32. X 1—13. XI 149—66. 167—82. cf. Comparettius ‘Villa dei Pisoni’ p. 71. 78. Scottius ‘Herculanensia, a descript. catal.’ etc. p. 74. 79.

2) Philologis Gothae conventum agentibus s. p. d. Fredericus Dübner. insunt fragmenta Philodemi περί ποιημάτων. Parisiis apud Didot fratres 1840.

3) Sitzungsberichte der Wiener Academie phil.-hist. Classe CXVI. I. p. 3 sq.

GPK

vol. Herc. Ox. I. 106—23), Demetrii de poematis librum secundum quod continet. editionem paraverat Lucignanus; hanc in actis academiae Neapolitanae repertam publici iuris fecit Barnabeus (giornale degli scavi II p. 65 sq.). addidit ille schedarum collationem suam eamque diligentissimam, quae plurimis locis cum fructu adhiberi potest. gravissima fragmenta restituit Bergkius in adnotatione ad Alcaei fragmentum quinquagesimum Poet. lyr. t. III<sup>4</sup> p. 168 sq.<sup>1)</sup> argumento hic libellus coniungitur cum libris περὶ λέξεως, quales inde a Theophrasto plurimos ediderunt rhetores. prior pars de compositione est: σύνδεσμοι (fr. XIV)<sup>2)</sup>, ἀνυπότακτα (fr. X. XV), σημαντικά (fr. XI) tractantur. altera pars est de figuris elocutionis: ὀνοματοποιία (fr. XXI. XXIII), ἀντονομασία (fr. XXV. XXVI. XXVII), μετάληψις (fr. XXIX) explicantur crebris adhibitis poetarum locis. libellum hunc Demetrio illi Byzantio deberi, cuius e libro quarto περὶ ποιημάτων tria servavit fragmenta Athenaeus<sup>3)</sup>, quem adhibet Philodemus l. V col. 9 (CA. II 170; vol. Herc. Ox. II 127) vs 34—35, Lucignani est coniectura probata Gomperzio et Scottio.<sup>4)</sup> neque mihi in fragmentis occurrit quod ob stare videretur.

Philodemi librorum argumenta a Gomperzio exposita repetere nolo. in singulis quibusdam ille quid statuerit in sequentibus adferendum erit.

iam volumina adgrediamur quae sine scriptoris nomine tradita sunt, ab eis profecti quae in quarto CA. volumine a p. 109—208 leguntur. nam in his cardinem versari totius quaestionis bene perspexit Gomperzius.<sup>5)</sup> leguntur ibi paginae incolumes vel mancae centum et duodecim. columnae vocantur ab editoribus Neapolitanis, quasi pristinus servatus sit schedarum ordo. at hunc turbatum esse quivis videbit, ubi primum indigestam hanc molem inspexerit. immo non unius modo sed quinque voluminum reliquias conmixtas esse in indice voluminum CA. XI p. I adnotatur.<sup>6)</sup> Gomperzius hoc premere noluit; fragmenta omnia, in quibus trium se agnovisse scribarum manus dicit, uni auctori tribuenda censet. sed idem in his oppositarum scholarum vestigia ipse detexit: p. 206 manifesto iridentur Epicurei; alia Philodemum prodere videntur. circumspicienda igitur erunt vestigia, unde quae inter se convenient, quae aliena sint constet, ut in singulas partes hic acervus distribuatur.

quare quam accuratissime externam fragmentorum speciem examinavi, pagellarum ambitum emensus sum, computavi, quot

1) fugisse hoc videtur Scottium.

2) ordinem sequor quem e vestigiis in ipsa papyro conspicuis restituit Barnabeus l. s.

3) cf. Müllerus FHG II 624 adn. 1.

4) cf. Wiener Studien II 142; catal. p. 32.

5) Studien l. s.

6) „IV 109—208 (pap. n. 444. 460. 463. 1073. 1074) voluminum pagellae omnes praeter ultimam perierunt: quae melius fragmenta dicendae, cum non sint continuae“.

versus in una quaque pagina, quot litterae essent in versu, scribendi rationem observavi; deinde quaesivi, num quae his ex indicis componenda visa essent, argumenti quoque similitudine cohaerent. hac ratione, si non de unius cuiusque fragmenti sede certa mihi enucleasse videbar, tamen in universum voluminum partes me recte conposuisse credebam, cum tota hac quaestione perfecta animadverti in indice „papyrorum“, qui CA. XI p. VII illum voluminum excipit, indicasse iam Neapolitanos, quatenus singulis libris tribuenda essent. quod cum eo tempore factum crederem, cum volumina evolverentur, inutilem laborem meum fuisse putabam, illic certissima exstare testimonia. at mox vidi illos haud alia ratione quam me ipsum rem egisse. diviserunt enim inter duo volumina quae in eodem olim exstitisse certum est. Euripidis versus ex Ione petiti adferuntur p. 136 vs 24 sq. continuantur hi manifesto p. 140 (= Philod. π. ποιημ. libri secundi fr. 12. 13 editionis meae). at hanc paginam volumini n. 1073, illam volumini n. 460 vindicant editores Neapolitani. cohaesisse praeterea p. 137 et 157 (= Phil. π. ποιημ. l. II fr. 21. 22) optime perspexit Gomperzius.<sup>1)</sup> at p. 137 voluminis 460 est secundum Neapolitanos, p. 157 voluminis 1073. alia indicia infra emergunt. in editis igitur hi quoque tabulis singula volumina dignoscere studuerunt.

fragmenta quae inter vol. 460 et 1073 distribuunt Neapolitani<sup>2)</sup>, ut ab eodem scriba depicta ita ex eodem libello servata esse mihi certum est. exaratus est hic libellus a scriba diligentissimo, qui magnis litteris atque amplis 16—18 fere singulos versus complevit. versus in singulis paginis exstant modo 26 modo 24. ille non satis habuit linea in margine sinistra addita novi enuntiati initium indicare, sed adpinxit quoque post ultimam enuntiati vocem stigma superne additum: <sup>3)</sup> si in versus fine spatium supererat illud explevit hoc calami ductu <<sup>4)</sup>. accentus interdum posuit<sup>5)</sup>, uno loco aspirationis signum addidisse videtur. semper scripsit ποιητής<sup>6)</sup>, πῶμα<sup>7)</sup>, πόσις<sup>8)</sup>, ποιητικός<sup>9)</sup>; quater — si apographo

1) Academy 1873 p. 37.

2) cf. index pap. CA. XI p. VIII. IX: 460: 109—32. 134—37. 158. 180. 1073: 138. 140. 152. 155—57. 160. 162. 166. 169. 173. 175. 200.

3) cf. p. 109 vs 7. 11. 17. p. 110, s. 9. 111, s etc. (vol. 460). 140, 2. 5. 155 fr. a vs 4; fr. b vs 4. 9 etc. (vol. 1073).

4) cf. p. 109, s. 7. 111, 17. 112, 2. s. 4. 7 etc. (vol. 460). 140, 3. 156 fr. a vs 4. 157 fr. a vs 2; fr. b vs 1. 4. 6 (vol. 1073).

5) cf. p. 120, 20. 126, 1. 2. 13. 14. 18 etc. p. 136, 5. 6. 7 etc. (vol. 460). p. 140, 8 — 155 fr. b, 4. ΑΙΡΕΙ (vol. 1073).

6) cf. p. 112, 1. 113, s. 114, 20 etc. (vol. 460). 156 fr. a, 4. 16. 157 fr. b, 5. 160 fr. a, 7 etc. (vol. 1073).

7) cf. p. 112, 12. 114, 23. 116, 21 etc. (vol. 460). 138, 7. 175, 17 (vol. 1073).

8) cf. p. 131, 9 (vol. 460). 200, 23 (vol. 1073).

9) cf. p. 121, 6.

in talibus fides habenda est — adhibuit ποεῖν<sup>1)</sup>, tot idem vicibus ποιεῖν.<sup>2)</sup>

servavit ille iota purum<sup>3)</sup>, non pinguem litteris ei expressit, ut ab aliis scribis factum videbimus.

quibus observatis ut omnia haec uni libro tribuerem commotus sum; ad eundem refero alia quae inter voluminis 1074 fragmenta a Neapolitanis in indice exhibentur.<sup>4)</sup> enumerantur ibi hae paginae 133\*. 159. 161\*. 163\*. 164\*. 165. 168\*. 170\*. 171. 172. 174\*. 176. 177\*. 178\*. 179\*. 192\*. 193\*. 194\*. 196. 198. 199\*. 201. 202\*. 203\* e quibus quae asterisco notavi plane eandem praebent pagellarum speciem, litterarum formam, scribendi rationem, quam modo indicavi. stigma insuper addita enuntiati finis indicatur<sup>5)</sup>, spatium eodem modo in fine versus expletur<sup>6)</sup>, ποιητής<sup>7)</sup>, πόημα<sup>8)</sup>, ποιητικός<sup>9)</sup> scribitur, nusquam aliter. iota pinguis nullum exemplum. etiam argumento haec cum praecedentibus coniungi fragmenta ipsa debebunt.

plane alium adspectum praebent quae cetera volumini 1074 a Neapolitanis vindicantur. haec scriba exaravit qui atramenti parcus exiles litteras 18—21 composuit in singulis versibus atque eis brevioribus quam quas scriba ille adhibuit. versus leguntur in pagina 25 vel 26. quae quantum inter se differant ille cognoscere potest qui paginam 195 comparat cum pagina 196, quae secundum Neapolitanos in eodem se exceperunt volumine. differt autem praeterea distinguendi modus et scribendi ratio. hic quoque enuntiati finem stigma addita indicavit<sup>10)</sup>, sed desunt lineae illae quibus ab illo spatia expleri vidimus.<sup>11)</sup> hic quoque dedit ποιητής<sup>12)</sup>, πόημα<sup>13)</sup>, ποιητικόν<sup>14)</sup>, semel autem admisit ποιητής.<sup>15)</sup> accedit quod hic i

1) cf. p. 114, 25. 115, 11. 117, 8. 120, 20.

2) cf. p. 114, 9. 11. 15. 126, 3.

3) huius observationis ratio non habita est in nonnullis coniecturis Büchelerianis meisque, quae tamen hanc ipsam ob causam minus certae mihi visae neque in textum receptae sunt.

4) CA. XI p. IX.

5) cf. p. 133, 4. 161 fr. a, 4. 8. 168, 3 etc.

6) cf. p. 133, 2. 3. 7. 10. 163, 2. 17. 173, 1. 6 etc.

7) cf. p. 133, 4. 161 fr. b, 1. 170, 2.

8) cf. p. 168, 7. 173, 4. 192, 7. 193, 8. 203, 9.

9) cf. p. 196, 15.

10) cf. p. 165, 1. 6. 171, 5. 172, 15. 23 etc.

11) nam quod p. 172, 4 in fine versus cuius prior pars evanuit et

p. 195, 12 (cf. infra) post ΗΛΛΕΚΚΤΑΝ >:- conspicitur διπλὴν περιεστιγμένην potius dixerim, altero loco propter correcturam adpositam.

12) cf. p. 171, 4. 15. 172, 19. 176 fr. b, 20. 201, 17.

13) cf. p. 165, 4. 172, 5. 176 fr. a, 3.

14) cf. p. 195, 22.

15) cf. p. 201, 8 quod tamen quin designatoris incuria ortum duxerit ipse vix dubito.

pingue reddidit et litteris sibi ipse tamen non constans.<sup>1)</sup> denique quod ceteri scribae interdum admiserunt, ut vitiose inter binos versus dirimerent voces<sup>2)</sup>, id hic evitasse videtur. accedit quod plane in alio argumento haec fragmenta versantur, ut mox exponam.

separanda igitur duco haec ab eis quae adhuc composuimus; notandum autem videtur quod haec fragmenta omnia designavit Malesci, inciderunt Celentano et Corazza. hoc volumen in sequentibus littera IV b designavi. quod si in his impugnanda erant quae caussis non additis de voluminum partibus indicaverunt Neapolitani, de ceteris haud aliter statuemus. externa enim pagellarum forma, litterarum species, scribendi ratio, argumentum testatur componenda esse ea quae e volumine 444 petita dicunt Neapolitani.<sup>3)</sup> tamen multum est quod conveniat cum illo quod primo loco descripsimus. stigme supraonitur post enuntiatum finitum<sup>4)</sup>, spatium expletur eodem modo (<<sup>5)</sup>, ποιητής<sup>6)</sup>, πῶμα<sup>7)</sup>, πόσις<sup>8)</sup>, ποιητικός<sup>9)</sup>, ποεῖν<sup>10)</sup> — numquam ποιεῖν — scribitur. designavit haec fragmenta omnia G. B. Casanova, inciderunt complures. argumentum quoque quod condicione mox exponenda cum primi illius voluminis fragmentis cohaeret, in sequentibus primum illud nota IV a, hoc IV a<sub>1</sub> vocabimus.

fragmenta denique quae volumini 463<sup>11)</sup> adscribunt Neapolitani neque formae externae neque argumenti similitudine cum ceteris iunguntur. linea in margine sinistra addita enuntiatum finis indicatur<sup>12)</sup>; ceteroquin caret notis. fragmenta haec omnia Celentano designavit, inciderunt complures. IV c hoc volumen vocabimus.

iam de singulorum voluminum argumento et de nexu quo cum ceteris de re poetica commentariis cohaereant quaerendum est. initium faciamus a volumine illo [963 IV c] quod modo descripsimus. id enim ab hoc loco omnino alienum est: ad rhetoricam spectat artem non ad poeticam. docere hoc possunt fragmenta duo ab Usenero edita in indice Epicureorum. primo [CA. IV p. 206, Usenerus l. s. s. v. Ναυσιφάνης] invehitur in Epicureos qui artem rhetoricam ipsi non excolentes pueriliter in Nausiphanem declamant, Idomeneum

---

1) cf. p. 195, 2 μεικρῶν, 4 Ἐλίον, 18 βελτείους, 165, 6 γεινώσκειν, 201, 7 Ἐυριπίδαι; sed cf. 195, 14 Ἐυριπίδην.

2) cf. 114, 19 εἰς πάντ', 117, 23 ἐ|ν (vol. 460), 192 κα|κόσμον (vol. 1074).

3) CA. XI p. VIII: 139. 141—51. 153—54. 167. 181. 197.

4) cf. p. 142, 4. 143, 6. 144, 11 etc.

5) cf. p. 143, 4. 151, 13. 167, 2. 5 etc.

6) cf. p. 141, 3. 148, 10.

7) cf. p. 145, 7. 151, 7.

8) cf. p. 144, 8.

9) cf. p. 148, 5. 151, 5.

10) cf. p. 146, 8. 154, 11. cf. 153, 7: ἐποποιία.

11) CA. XI p. VIII p. 182—91. 204—8.

12) cf. p. 182, 14. 184 fr. a, 4. b, 11 etc.



ipsorum sectae hominem extollunt. altero [CA. IV 208, Usenerus s. v. Ἀπολλοφάνης] per ironiam describitur quantopere audientes inflammaverit Apolophanes rhetor quidam, ut videtur. in ceteris quoque fragmentis ars rhetorica tractatur cf. 190 fr. b, 13 τὴν ῥητορικὴν, p. 205, 6 τοὺς ῥητορικοὺς, p. 207, 13 περὶ τῆς ῥητορικῆς, dum ex vocabulis artis poeticae propriis ne unum quidem occurrit. non dubitamus igitur statuere scripta haec esse περὶ ῥητορικῆς ab Epicureorum adversario.<sup>1)</sup>

gravissimum volumen est IV a, cuius partes supra eruere conati sumus. quod qua ratione cum ceteris cohaereret Gomperzius — qui tamen de ambitu huius voluminis haud recte statuit, ut supra monuimus — expositurus, locos indicavit, ubi in ceteris scriptionibus hoc respici videretur.<sup>2)</sup> quae nobis denuo examinanda erunt. primum autem quaerendum esse puto, quaenam inter hoc volumen (IV a) et volumen n. 994 (CA. VI 127—187) intercedat necessitudo. gravissimos locos iam Gomperzius opposuit, qui ad restituenda ea quae ex volumine 994 petita sunt, Oxoniensi quoque huius voluminis apographo usus est. sunt autem hi.

CA. IV 134. Col. XXVI.  
(= Phil. π. π. I. II fr. 19.)

.....κῶς κ[αὶ ὅτι (?) ἡ  
δ]ιάνοια οὐ βλέ[πεται,  
κ]αταλείπετα[ι τὸ ἀνα-  
5 κ]ινοῦν κατὰ τ[ὸν ἡ-  
χο]ν. δεινὸν δ' ὡς ἐλέγε-  
τ]ο, εἰ παρὰ τὸ τὴν διά-  
ν]οιαν βλέπεσθαι ἀπο- <  
στ]ερεθῆσεται ὁ ἦχος <  
0 το]ῦ ἰδίου· θεωρητέον  
τοί]γυν καὶ ἐπὶ τῶν ὀ- <  
λων] οὐ τὸν ἦχον αὐτὸν  
3 χωρὶς ὑ]ποτεταγμένων...

(sequuntur incerta.)

9 ὅτι δ' ἀρχηγὸν ἢ φωνή,  
0 καὶ ἐκ τῶν ὀρνέων ἔ-  
τιν ἰδεῖν. καὶ γὰρ ἐπ' ἐ-  
κείνων χωρὶς τοῦ ἐκ-  
πίπτοντος ἦχου ἀπο-  
τελεῖται τις καὶ ἔναρ-

CA. VI 155.

βαρβαρίζοντων ἕτερο-  
φώνων, τοῦ μ[ε]ν ἡδέω[σ  
ἡ]μάς ἀ[κ]ούει[ν], τοῦ δὲ [τ]ἀ-  
ναντ[ία]· κἂν διὰ μηδὲν  
ἕτερον ἢ διὰ τὸν ἦχ]ον γεί- 5

1) cf. Usenerus l. s. „scriptor incertus (puto stoicus)“.

2) *Academy* 1873 p. 37. *Studien* l. s.

25 θρος φωνή, καθάπερ <  
καὶ ἐπὶ τῆ[ς ἀηδόν?]ος ||

vs 12 δ[λων Usenerus; ὁ[μοίων  
de quo ego cogitaveram spatium  
excedit.

vs 19—26 rest. Gomp. Acad. p. 37.  
cf. Nachlese zu den Bruchstücken  
der griechischen Tragiker p. 12—13.

CA. IV 162. Col. LXII.

(= Phil. I. II. fr. 20.)

φέρεται· τὴν δ' ὑπο[τετα-  
γμένην ἔνν[οιαν ἄ(?)]. .  
φῶμεν νῦν· οὐδ[ὲ γὰρ ὁ  
κίττακος οἶδεν ἐ[φ' ὧ] λό-?  
5 γω διαλεχθεὶς τῆ[κει, ἀλ-  
λ' ὄμωσ ἀποτελεῖ [καλοῦς?  
τοὺς ἤχους, οὕτω[ς ὡς  
ὁ ἄνθρωπος' καὶ. . . . .

CA. IV 137. C. XXVIII.

(= Phil. I. II. fr. 21.)

5 ἐπὶ τῆς ἀηδόνος καὶ ἐ-  
πὶ τῶν ἄλλων ὀρνέων,  
οὕτω τοίνυν καὶ ἐπὶ <  
τῶν ἐλληνιζόντων ὁ  
μὲν ἤχος ἀποτελεῖ τὸ  
10 ἴδιον κατὰ τὴν δ[ι]ά[νοιαν —  
ἢ δεινὸν ἂν εἶη, [τὰ ἴ]δι-  
ὰ τὸν ἐλληνισμὸν ἀπο-  
στερεῖσθαι ἢ περιπα-  
ταὶ δ' ἴσως ὑπὸ ἄλλων  
15 τινῶν, οἷον [ἴ]διαν ἑπὶ τοῦ  
πλευσίου? ]διὰν Κοφοκλῆς  
λέ]γη 'ναῦται δ' ἐμῆρύ-  
[σαν]το νη[ὸς ἰσχά]δα', φε-  
ρόμεθα γὰ[ρ ἐφ' ὃ βο]ύλε-  
20 ται καὶ ὁ [ποητ]ῆς, οὐ  
[κ]ἐπὶ τ[ὸν]κ[αρπὸν, [καί]περ ἴσως  
γενομένης τι]νὸς πλη-

plurima restituit Gomp. l. s.

vs 10 κατὰ τὴν [χ]ά[ριν] ? Gomp.

vs 11 τὰ ἴδια Us., τὸ διὰ Gomp.

vs 16 τοῦ[δε κατ' ἴ]διαν Gomp.  
πλευσιδιαν vel ἔξορμιαν commenda-  
bat Büchelerus.

vs 21 [ὡς]περ Gomp.

νηται καὶ ἐ[πὶ] τῆς ἀηδό-  
νος καὶ τῶν ἄλλων ὀρ-  
νέων, πῶς ἀποδεικτι-  
κόν ἐστι τοῦ <τὸ>ν ἐκ τῆς  
ἀρθρώσεως ἤχων ἀπ[ο-  
τελεῖν τινα χ[ά]ριν;

10

cf. Büchelerus, mus. Rhen. t. 25.  
p. 624 sq. Gomperzius, l. s.

CA. VI 153—154.

ὡστε  
τοῦ λε[γ]ομένου[ου] βουλη[θεῖς  
ὑπόδειγμα παραθεῖ-  
[ν]αι, περ[ι]κ[ω]πωμένο[υ ὑ]πὸ  
διανοή[μα]τος ἤχου?  
κατεχύριεν οὐ[χ ἦττ]ο[ν].  
οἷον γὰρ, φησίν, καὶ ὅταν  
5 Κοφοκλῆς εἶπη 'ναῦται.  
δ' ἐμῆρύσαντο νηὸς ἰσ-  
χάδα.' [φε]ρόμεθα γὰρ ἐφ' ὃ  
βούλε[τα]ι κ[αὶ] ὁ ποητής,  
οὐ[κ ἐπ]ὶ τὸν [κ]αρπὸν [κα]ί- 10

cf. Büchelerus, Gomperzius l. s.

vs 3 περικώπωμένο[υ ὑ]πὸ διανοη-  
μ[ά]των τοῦτο Gomp.

vs 4 οὐχ ἦττον Büch. l. s., οὐχ  
ἡμεῖς Gomp.

vs 10 [ὡς]περ Gomp.

γῆς πρὸς τ[ὴν ἀκ]οήν,  
 ἐν ἧ μάλλον ἄν τις ἐ-  
 25 Ξεδέξατο τὸν καρ-  
 π[όν]· τ[ὸ δ'] αὐτὸ καὶ [ἐ]π' ἄλ-

CA. IV 157. C. L.  
 (= Phil. I. II. fr. 22.)

λων συμβαίνει πλειό- <  
 νων· λέγει δ' ὡς οὐδὲ τὴν —

περ ἴσως γεν[ο]μέ[νης]  
 τινὸς πληγ[ῆς] πρ[ὸς] τ[ὴν]  
 [ἀκοήν, ἐ]ν ἧ[ι] μάλλο]ν ἄν  
 τις ἐξεδ[έξα]το τὸν καρ-  
 [πόν. τὸ] δ' αὐτὸ καὶ ἐπ' [ἄλ- 15  
 λων συμβαίνειν πλειό-  
 νων, ὡς κα[ὶ] ἐπὶ τῶν ἄλ-  
 λων τοιοῦτο συμβαί-  
 νειν ὑπολαμβάν[ει] —  
 παραθεωρ[ητ]έον δ' ἅμα 20  
 καὶ τὸ φύρειν ὁμοῦ δ[ι]-  
 άνοιαν ἀκοή, λέγοντα  
 γείνεσθαι τινα πληγὴν  
 πρὸς τὴν ἀκοήν, ἐν ἧ μάλ-  
 λον ἄν τις ἐξεδέξατο 25  
 τὸν καρπόν. ἀ[λ]λὰ τόδε —

haec qui inspicit dubitare nequit, quin illud quod manibus tenemus volumen IV a ante oculos habuerit, cui debentur quae volumine 994 traduntur. quae enim apud hunc leguntur CA. IV p. 137 vs 13 — p. 157 vs 2 verbo tenuis exscripsit CA. VI 154, 5—19, ac praemisso βουληθείς vs 1, addito φησὶν vs 5 indicat alius philosophi se adponere verba. sequuntur a vs 20 quae ipse contra disputat scriptor. etiam quae in pagina 10 adposui huius scriptoris verba — CA. VI 155, 1—11 — ad ea quae e volumine IV a exscripsi spectare, totius disputationis demonstrabit enarratio.

quam ita institutam fuisse credo. voluminis IV a auctor adversarii cuiusdam sententiam labefactare studet, qui edixerat verborum significatione subaudita tolli fructum, quem e verborum sonitu capere posset poeta. incipit ab eo quod in utriusque sententia commune est, sonitum iucundum esse in verbis, quae non ad sententiam quae ipsis subest necessaria quadam cum vi audientis animum convertunt. iam producit adversarii illam sententiam verborum significatione subaudita dilui sonitum. miram hanc dicit et contrarium eo demonstrare conatur, quod in avium cantu simillimum quid accidere exponit. quod quomodo in singulis praestiterit hodie cognoscere iam non licet. tamen hanc eius rationem fuisse pro certo habeo: in avium quoque cantu non nihil tribuendum est articulatae voci, non omnia perficiuntur sono illo quem sponte edunt aves. immo haec articulata vox primum videtur atque illud quo maxime delectamur. si igitur in avium cantu pulcherrimum non efficitur nisi iuncta sint sonitus et vox articulata, eodem modo apud homines in dictione re vera laudabili coniuncta sint necesse est sonitus et quae verbis subiectae sunt sententiae. — adscripsi e nexu simili petiitum fragmentum [IV 162 a] quo tamen non continuatur pagina anteposita. psittacus qui qua de re loquatur

ipse ignarus summopere homines quosdam delectare potest, pro exemplo est sonitum pulchrum effici posse sententiae nulla ratione habita. hoc igitur fragmentum cum eis quae in summa pagina 134 leguntur componendum erit. argumentatio autem quam in media et ima hac pagina cognovimus, p. 137 concluditur paene eisdem verbis quibus p. 134 instituta est: ἡ δεινὸν ἄν εἶη κτλ. si in avium cantu subaudita vox articulata non laedit aures, immo voluptatem cumulat, in dictione etiam ornata subauditae in singulis verbis sententiae non offendunt, immo delectationem perficiunt. id autem, ut in verbis audiatur simul sonus qui efficitur litteris non sine cura compositis ac sententiae, verbis quae insunt, illi proprium videtur esse τοῦ ἐλληνίζειν: δεινὸν ἄν εἶη ἀποτρεῖσθαι τὰ ἴδια τὸν ἐλληνισμόν.

ex eis quae contra disputata erant in vol. 994 ultima modo servata sunt CA. VI p. 155 cf. p. 11. intellegimus negasse illum voluptatem ullam percipi posse ex articulatis quae ex avium faucibus exeant vocibus, quo ut fundamento alter nisus erat. itaque ne ea quidem quae ille de sociando cum sententiis in dictione ornata sonitu inde effecerat, huic probantur.

adnectitur — CA. IV 137, 13 — alia disputatio arcte cum prioribus cohaerens. scriptor cui quae in vol. IV a exstant debentur postquam exposuit, quomodo ex sua sententia bene iungantur ἦχος et διάνοια, iam docet quomodo fieri possit, ut privaretur poeta sonitus opera auribus gratissima. pro exemplo ei est Sophocles, qui quod — fr. 690 Nauck — ἰσχάδα navis ancoram esse voluit, non ficum, quem e voce bene sonanti capere potuit fructum diluit ipse. novam enim hanc vocis ἰσχάδ significationem animo dum percipiunt auditores, pulcher quo praedita est vox sonitus inauditus diffuit.

tota haec tractatio refertur, ut supra monuimus, in vol. 994. p. 154. cf. p. 11. servatur ibi refutationis quoque quam ille ad iunxerat initium hoc. παραθεωρητέον δ' ἅμα καὶ τὸ φύρειν ὁμοῦ διάνοιαν ἀκοῆς, λέγοντα γείνεσθαι τινα πληγὴν πρὸς τὴν ἀκοὴν ἐν ἣ μᾶλλον ἄν τις ἐξεδέξατο τὸν καρπὸν.

pauca haec servata sunt verba, dignissima tamen de quibus explicatius agatur, indicium enim praebere videntur a quam schola steterit uterque scriptor.

CA. IV 137, 18 sq. exponitur audientes Sophoclis illum versum deduci ad ancorae notionem, quam ipse voci ἰσχάδ inesse voluit Sophocles, quamquam ictus fiat in aures quo fieri potius memoria audientibus excitetur. obicitur CA. VI 154 ita statuentem confudisse illum, quae mentis sint et quae aurium.

haec inlustranda sunt e philosophorum veterum de auditu et de voce humana sententiis. redit autem quaestio ad enarrandam Stoicorum et Epicureorum doctrinam. nam quae his de rebus statuerat Plato<sup>1)</sup>, leviter modo immutata repetierunt Stoici; hi for-

1) Plat. Tim. p. 67<sup>b</sup>: ὁλωσ μὲν οὖν φωνὴν θάμεν τὴν δι' ἄκτων ἕπε

mulas invenerunt posteris omnibus decantatas.<sup>1)</sup> Aristoteles autem et Peripatetici<sup>2)</sup> non ad eas usque doctrinae pervenerunt subtilitates, quibus nobis nunc opus est.

Stoici<sup>3)</sup> igitur a mente loquentis emitti docuerunt spiritum quo pulsum aerem auribus accidere audientium. corpoream habuerunt vocem, ut quae aures feriat hominum.<sup>4)</sup> auditum dicunt spiritum, qui ab auribus usque ad animi partem illam principalem, quam in corde collocaverunt vel in capite<sup>5)</sup>, porrigatur. hunc moveri cum in aures intret vox, quae similiter ut in ceram anulus verborum imprimat characteres.<sup>6)</sup>

aliter rem sibi fingebat Epicurus.<sup>7)</sup> ille noluit aera feriri a spiritu quem edimus loquentes, sed hunc ipsum fluxum quem e pectore ut vocem emittimus servari credidit et perferri ad audientium aures, divisum quidem in aequalium partium corpuscula, quae tamen et inter se invicem et cum ore cohaereant loquentis. labris

ἀέρος ἐγκεφάλου τε καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς πληγὴν διαδιδόμενην, τὴν δ' ὑπ' αὐτῆς κίνησιν, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς μὲν ἀρχομένην, τελευτῶσαν δὲ περὶ τὴν τοῦ ἥπατος ἕδραν, ἀκοήν. Aetius [Plut.] plac. IV 19. p. 407<sup>b</sup> 22 D. Πλάτων τὴν φωνὴν ὀρίζεται πνεῦμα διὰ στόματος ἀπὸ διανοίας ἡγμένον καὶ πληγὴν ὑπὸ ἀέρος δι' ὠτων καὶ ἐγκεφάλου καὶ αἵματος μέχρι ψυχῆς διαδιδόμενην. idem IV 16. 406 D.: Πλάτων καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ πλήττεσθαι τὸν ἐν τῇ κεφαλῇ ἀέρα. τοῦτον δ' ἀνακλάσθαι εἰς τὰ ἡγεμονικά καὶ γίνεσθαι τῆς ἀκοῆς τὴν αἰσθησιν. cf. praeterea Theophr. physic. opinion. de sens. 5. p. 500. 14 D.

1) Laertius Diog. VII 55: ἔστι δὲ φωνὴ ἀήρ πεπληγμένος, ἢ τὸ ἴδιον αἰσθητὸν ἀκοῆς... Ζῶον μὲν ἔστι φωνὴ ἀήρ ὑπὸ ὀσμῆς πεπληγμένος, ἀνθρώπου δὲ ἔστιν ἔναρθρος καὶ ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. quid intersit inter Platonis et Stoicorum sententiam Pollux docere potest (II, 4. 26): φωνὴ ἀήρ πεπληγμένος· πλήττει γάρ τὴν ἐπιγλωττίδα (Stoicorum doctrina). ἢ πλήξει ἀέρος· πλήττεται γάρ τοῖς φωνητηρίοις καὶ ὡς διηχῆς ἐξηχεῖ (ita Plato καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ).

2) Aristot. de anima II 8 p. 420<sup>b</sup> 25: δεῖται δὲ τῆς ἀναπνοῆς καὶ ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος πρῶτος. διὸ ἀναγκαῖον εἶναι ἀναπνεομένου εἰσέναι τὸν ἀέρα. ὥστε ἡ πληγὴ τοῦ ἀναπνεομένου ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐν τούτοις τοῖς μορίοις ψυχῆς πρὸς τὴν καλουμένην ἀρτηρίαν φωνὴ ἔστιν κτλ. cf. ib. p. 419<sup>b</sup> 33—35. Arist. probl. XI 23 p. 901<sup>b</sup> 16: ἡ φωνὴ ἔστιν ἀήρ τις ἐχρηματισμένος καὶ φερόμενος.

3) de Stoicis testimonia congesserunt Menagius ad Laert. VII, 55. Schmidt de Stoicorum grammatica p. 16—17 adn. 27—31. cf. praeterea Prantelius in historia logicae t. I p. 414—15. Zellerus in philos. Graec. hist. t. III, 7<sup>3</sup> p. 68 adn. 6.

4) Laertius l. s. Aetius IV 20 p. 410 D. Eustathius ad II. II 490 p. 261, 23.

5) Laert. VII 159; Aet. IV 21 p. 411<sup>a</sup> 22 D.

6) Aet. [Plut.] IV 21 p. 411 D.: .. ἀκοὴ δὲ πνεῦμα διατεῖνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι ὠτων. id. IV 20 p. 410 D.: αἰσθανόμεθα γὰρ αὐτῆς (scil. τῆς φωνῆς) προσπιπτούσης τῇ ἀκοῇ καὶ ἐκτυπούσης καθάπερ δακτυλίου εἰς κηρόν.

7) cf. Epicuri epistola ad Herodotum Laert. Diog. X 52—53. Epicurea ed. Usener p. 13, 10—14, 8. Aetius [Plut.] IV 19, 2 p. 408 D. = fr. 321 Us. Lucr. IV 524—614. II 410—13 — quos adfert Usenerus ad *Epicuri l. s. p. 377.*

primoribus conformari dixit verba, quae quoniam ea qua indicavi ratione accedunt ad aures, ita has afficiunt, ut plane id exaudiatur quod voluerit interlocutor.<sup>1)</sup> doctrinae subtilitates altius non persequar; adscribam verba quaedam Epicuri in hac ipsa disputatione adhibita quae reducent nos ad voluminum locos illos unde huc delati sumus.

Epic. ad Herod. L. D. X 53 p. 14, 2 Us. οὐκ αὐτὸν οὖν δεῖ νομίζειν τὸν ἀέρα ὑπὸ τῆς προιεμένης φωνῆς ἢ καὶ τῶν ὁμογενῶν σχηματίζεσθαι (πολλὴν γὰρ ἔνδειαν ἔχει τοῦτο πάσχειν ὑπ' ἐκείνης), ἀλλ' εὐθὺς τὴν γινομένην πληγὴν ἐν ἡμῖν ὅταν φωνὴν ἀφιώμεν, τοιαύτην ἐγκλιτικὴν ὄγκων τινὸς ρεύματος πνευματώδους ἀποτελεστικὴν ποιεῖσθαι, ἢ τὸ πάθος τὸ ἀκουστικὸν ἡμῖν παρασκευάζει. paullulum variata doctrina quam supra exposuimus profertur. quod mittam.<sup>2)</sup> verba modo quae litteris distinxī velim conferantur cum illis quae in volumine IV a legimus: καίπερ ἴσως γενομένης τινὸς πληγῆς πρὸς τὴν ἀκοήν, ἐν ἣ μᾶλλον ἂν τις ἐξεδέξατο τὸν καρπὸν. priore loco quin πληγὴ idem sit quod φωνὴ dubitari nequit: flatus ille corpusculorum materiae cuiusdam aerae notatur quem loquentes eicimus. eandem interpretationem alteri loco adhibendam esse credo. dicit ille: si in scaena ἰσχάς vocem pronuntiabit actor, ictus quidam incidet in aures audientium, in quo fici notionem inesse omnes primo auditu putabunt. in ictu nemo unquam verbi notionem adsequetur. πληγὴ vertendum est flatus, quod superiore loco — p. 14 — ponere nolui haec ne praeciperem. „beim Anhören dieses Sophoklesverses trifft eine Schallwelle unser Ohr, in der wir zunächst die Feige verstehn“ — sive „verstehn sollten“. quod e doctrina Epicuri dictum puto verbis Epicureis.

sed ab altera quoque parte licet proficere. respondetur ab adversario — vol. 994 CA. VI 154—155, confudisse illum quae aurium — i. e. quae sensuum sint et quae mentis. quod nullius scholae sectatoribus rectius obicitur quam Epicureis, a nemine sine dubio aliis obiectum magis miraremur quam ab homine Epicureo. Epicurum enim constat sensibus inter criteria secundum quae verum quid sit diiudicamus primarium locum tribuisse. rationi ille fidem maiorem quam sensibus haberi noluit: πᾶς γὰρ λόγος ἀπὸ τῶν αἰσθή-

1) cf. Epicurus ap. Laert. l. s. p. 13, 12—15 Us. Lucr. IV 547—54: haec igitur penitus voces cum corpore nostro exprimimus rectoque foras emittimus ore, mobilis articulatur verborum daedala lingua formaturaque laborum pro parte figurat. hoc ubi non longum spatium est unde una profecta perveniat vox quaeque, necessest verba quoque ipsa plane exaudiri discernique articulatum: servat enim formaturam servatque figuram.

2) contra Peripateticorum sententiam supra — p. 222 adn. 2 (Arist. probl. XI 23) — a nobis adlatam disputari monet Usenerus Epic. p. 317.

σεων ἤρτηται [Epic. fr. 36]. hic praeterea compluribus locis verba facit de dignoscendis in singulis verbis sonis et sentiētiis. conferre licet cum eis quae CA. IV 134 (Ph. l. II fr. 19) 6—13 et 137 (fr. 21) 11—13 leguntur talia: Ep. ep. I 37 (p. 4. 14 Us.) πρῶτον μὲν οὖν τὰ ὑποτεταγμένα τοῖς φθόγγοις, ὧ Ἡρόδοτε, δεῖ εἰληφέναι . . . Ep. fr. 36 (Laert. D. X 31): . . . ἀρκεῖν γὰρ τοὺς φυσικοὺς χωρεῖν κατὰ τοὺς τῶν πραγμάτων φθόγγους. Ep. fr. 255 (Laert. D. X 33): παντὶ οὖν ὀνόματι τὸ πρῶτως ὑποτεταγμένον ἐναργές ἐστι.<sup>1)</sup> e Stoicis Boethum, Chrysippo aequalem, διάνοιαν inter ipsa iudicandi instrumenta eduxisse Laertius testis est.<sup>2)</sup> sed haec quae nostro loco leguntur ab alius quoque scholae sectatore proferri potuisse in hominem Epicureum concedendum erit. hunc huius inquisitionis fructum tenemus, certum ut spero, Epicureae doctrinae addictum fuisse illum cuius sunt quae volumen IV a praebet, diversas partes secutum esse voluminis 994 auctorem.

priusquam autem adcuratius de scriptore hoc Epicureo quaeratur, perficienda sunt ea quae ad hunc excursum nos abduxerunt. circumspicendum est, num aliis quoque locis quae in volumine IV a leguntur impugnentur in volumine 994 vel respiciantur. non iterum factum est, ut totae serventur columnae quae nexu tam bene perspicuo inter se cohaereant, ut illae quas in p. 10 sq. comparavimus. at quod in his pro certo cognovimus quae ratio inter duos hos commentarios intercedat, si in utroque volumine easdem quaestiones tractari, eadem dicta adhiberi videbimus, statuamus necesse erit, e volumine IV a transscripsisse haec voluminis 994 auctorem.

quod in hos locos cadere credo.

CA. VI 163.

(vol. 994.)

φώνητος οὐ δύναμαι  
 συν[ιδεῖ]ν, οὐ γὰρ. . . CENI  
 . . . . . ME  
 . . παραπλή[σια λέγ]ειν  
 5 καθάπερ καὶ τὸ κ[ε]λαρὺ  
 ζεῖν τὴν ΟΠΗΝ ΤΩΝ Υ  
 ΠΑΤΩΝ. . ΠΩ καὶ τὸ Ο  
 .ΙΑ. INT. Π. . τῶν ψή  
 φων ἤχ[ο]ς ΙΗ. . Λ. ΛΟΝ  
 κτλ.

CA. IV 112 (fr. 2).

(παρόντων γὰρ)

ὄρθῶν ὀνομά[τ]ων ὁ ποιη-  
 τῆς] ἀπ' αὐτῶν λαμβαν-  
 νει τοὺς] ἤχους, ὅταν εἴ-  
 πῃ 'τοῦ] μὲν <τε> προρέον-  
 5 τος ὑπ]ὸ ψηφίδες ἀπα-  
 ραι ὀχλεῦ]νται' νῦν γὰρ  
 ὡς μίμη]μα ὑπεβάλ-  
 λετο ὁ τ]ῶν ψήφων ἤχος  
 . . . . .ως ἀλλαγῆ] ὀνο-  
 10 μάτων καὶ] ῥήματος —

quamvis mutila sint quae in pagina e sexto volumine adscripta cognoscuntur, tamen quod ibi vs 8—9 manifesto ὁ τῶν ψήφων

1) haec ut adponerem monuit me Usenerus.

2) VII 54.

ἤχος legitur cohaerere haec certum est. quod in priore loco vs 5—7 exstare videtur τὸ κελαρύζειν τὴν ὀπὴν τῶν ὑπᾶτων sensu caret. corrigendum credo τὴν (ῥ)οπὴν<sup>1)</sup> τῶν ὑδά(τ)ων quod confirmatur eis quae ex persimili disputatione restant apud Hesychium et scholiastam in ipsum hunc qui adhibetur Homeri versum Φ 261: κελαρύζει· ἤχει· φωνεῖ ἢ συνεχῶς ῥεῖ. ἔστι δὲ ἰδίωμα ἤχου (Hes. s. v. κελαρύζει). κελαρύζει· μετὰ κέλαδου ῥεῖ (schol. Dind. IV 265) — κέλαδον fortasse in fine vs 9 restituendum erit. ut opposita sententia in hoc fragmento conspiciatur, initium ita fere supplendum censeo (ὅτι ἔνεστιν ταῖς φωναῖς φύσει ἤχος τις) ἀφώνητος — hac de ultima voce dubito.

pergo ad

CA. VI p. 144 conferendum cum his: CA. IV 120 (fr. 3).

	(praecedunt obscuriora.)	φαίνειν τ. . . . .	4
17	ἀπ[ὸ] τοῦτ[ο]υ φανερώς. . .ΦΙΛΛ . . . . . ν]ομίζ[ο]- μεν καὶ [π]ρώτον ΤΟΤΑΙ.	ΤΑ εἰ γὰρ ὅτι ΑΤ. . . . . μενον καὶ τὸν λω[τὸν λυ- <π>εῖν δις τεθέντα. . .	5
20	Τ. . . . . Τ. Ν πολλὰ κ[ι] [c θ]έσεις ο. . . . . ὙΝ ἢ λυπεῖν διὰ τὸν ἤ[χ]ον, ὡς τὸν λω- τὸν καὶ τοὺς λωτοφά- γους Α. . . . . Ε ΚΑΛΥ. . . .ΝΑΙ. . . ΑΤ. . . . . ὄνομα κατὰ τὸν ἤ[χ]ον ἠδὲ τῆ	vs 7 κ charta CA. IV 127. (praecedunt obscuriora.) . . . . . πο]λλὰ κί θέσεις τέρπειν ἢ λυ]πεῖν διὰ τὸν ἤχον] . . . . . . . . ὁ] διὰ τὸν λω- τὸν] . . . . . . . . . . ὄνο]μα ἠδὲ προκ- πίπτειν πρὸς] τὴν ἀκ[ο]ήν.	18
p. 145	ἀκο[ή] ΩΡ. ΘΕΠ. . . . . . . . . . vs 21 verbum desidero quale τέρπειν. praeter id quod in uno haec ver- santur argumento nil eruere licebit. fortasse subest disputationi Homeri locus i 91 sqq.: οὐδ' ἄρα λωτοφάγοι μῆδονθ' ἐτά- ροισιν ὄλεθρον ἡμετέροις, ἀλλὰ σφι ὄσαν λωτοῖο πάσασθαι τῶν δ' ὅστις λωτοῖο φάγοι μελη- δέα καρπὸν — κτλ.	24	

eodem modo respicit CA. VI 171 ad ea quae exstant CA. IV 130:

CA. VI 171.

CA. IV 130. (fr. 24.)

21	δυσχέρεια Π. . . . Χ. . . . ΙΝ καὶ τῆ Κ. . ΕΓ. . . . . πρὸς τοῦτο καθόλου τὴν δυσ-	φησὶ τοῖν[υν καὶ (?) [καθό]λου τὴν δυ[σχη- χίαν οὐ]κ ἄλλοθεν π[α]- ραγίνεσθαι, ἢ ἐκ τῆ[ς	13
----	--	---	----

1) ῥοήν mavult Usenerus.



ηχίαν μὴ ANΠΟΘΕΝ ΗΙΞ  
τῆς δυστομ[ίας] παρα  
(κολούθημα)

μὴ ἂν πόθεν ἢ quod vs 24 ex-  
stare videtur caret structura.

δυστομίας· δ γὰρ ἂν [φρά-  
σαι τις μὴ δύναιτο, τ[οῦ-  
το οὐδὲ τὴν ἀκοὴν [ἡδέ-  
ως προσδέχε<σθ>αι.

20

vs 20 TAI charta.

eadem doctrina ab utroque exhibetur; hoc quoque loco — ut  
p. 134. 137 factum vidimus — ille cui debentur quae in volumine  
IV a exstant, alius refert sententiam, qua de in sequentibus pluri-  
bus agit.

denique

CA. VI 143.

6 .ΑΠΑ.ΔΟΝΑΙ.ΟΗΔΕΙΑC  
.φωνῆς ἄλλα ΠΩ μη-  
δὲν ἡμᾶς ἄνευ τῶν φω-  
νηέντων φθέγγεσθαι  
10 . .ΟΔ.καὶ. .Ο. . τοῖς μὴ  
κτλ.

vs 7—8

.ΔΕΝΗ. ACONY

MH . .

charta

CA. IV 160. Col. LIX (fr. 11).

ἀποδοῦναι περὶ | ἀληθές'.  
φησίν, ὅτι οὐδὲν  
δυνάμεθα φθέγγεσθαι χω-  
ρὶς τῶν φωνηέντων' ἐν  
γὰρ τοῦ]τοῖς οὐδὲν ἀπερεί- 5  
δεται], ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἦχος'.

sine dubio eodem nexu cohaerent. sed quae priore loco in  
tabula leguntur ita mendis obruta sunt, ut de sententia recuperanda  
desperandum sit.

quae his ultimis paginis composui, si deessent ea a quibus pro-  
fecti sumus, id quidem docerent unum ex his scriptoribus alterius  
sententias respexisse, illis debemus quod priorem fuisse voluminis  
IV a auctorem, illius commentarium ante oculos habuisse eum, cuius  
verba volumen 994 praebet, pro certo habemus.

dolendum est quod huius libelli apographum Neapolitanum tam  
hiulecum est ac mendosum, ut de scriptoris doctrina paene nihil  
statui possit. ad sonitus curam spectant fragmenta quae in ante-  
cedentibus tetigimus omnia. ἦχος in ceteris quoque saepissime legi-  
tur. sed in ultima modo scriptionis parte certiora quaedam cognosci  
possunt. inde a pagina 181 disputationis terminus est ἡ τραχύτης<sup>1)</sup>,  
dicendi genus asperum quod efficitur cum latis consonantibus et semi-  
vocalibus. mutas litteras ille effert hac similitudine usus p. 183, 4 sq.  
ὡσπερ κόλλα τις ἢ γόμ[φ]ο[ς] ἢ εἴ τι τοιοῦτο π[ρ]ὸς τ[ῆ]ν ξυλίν[η]ν  
κύ[νθ]εῖν, οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἄφωνον πρὸς τὴν τῆς λέξεως κύμ-  
πηξιν. hunc in modum ἡ τραχεῖα λέξις et quae huius dictionis  
ceterae videntur species, ἡ λέξις εὐπαγής, ἡ πολυγράμματος<sup>1)</sup> etc.  
tractantur usque ad finem libelli.

Oxoniese apographum plura praebere atque melius depicta

1) cf. Hermogenes π. ἰδ. β' rh. Gr. ed. Speng. II 381 sq., Demetrius  
π. ἐρμ. Sp. III 300 sq.

contendit Scottius<sup>1)</sup>, quo adhibito haec ultima pars in plurimis bene restitui poterit. de nexu qua haec cum volumine IV a iuncta sint nova prolatum iri non credo.

Pergentibus nobis in via supra indicata quaenam ratio inter volumen 1081 [CA. VII p. 81—123] et nostrum illud IV a intercedat inquirendum est. Gomperzius<sup>2)</sup> hoc quoque a Philodemo conscriptum credit duas ob causas. primum quod CA. VII p. 117 manifesto enuntiatum legitur quod praeterea exstat CA. IV p. 174. tum quod CA. VII p. 100 et 103 impugnatur Heracleodorus aliquis, quem inter adversarios numeret Philodemus in libri quinti col. XXI vs 28 [CA. II 182. vol. Herc. Ox. II 139]. at quoniam de locis ubi Heracleodorus commemoratur seorsum agendum erit, hoc interdum mittamus. primum illud quod adtinet verba utriusque volumini communia haec sunt: τὰς ἀκοὰς δοκεῖν ἡρωικῶν σωμαίων ἀκούειν. his verbis adversarii cuiusdam sententia in maius aucta, ut videtur, refertur, qui postulaverat, ut personis ita digna fieret dictio, ut aures quoque heroes sentirent loquentes. haec in volumine 1081 non uno loco reiciuntur, cf. CA. VII p. 114. 117. 120. in volumine IV a pagina altera quae plane in eodem argumento versetur non invenitur. at eo ipso loco — p. 174 — verba quae elegit scriptor magis eius esse videntur, qui adversarii futtilitates rideat, quam eius qui alterius sententiam laudibus amplectatur. paucis ut quae ipse sentiam aperiam: mihi haec non ab adversariis scripta videntur — immo ab eodem, vel potius eisdem: nam in eis quoque quae in CA. VII p. 81—123 ut unius voluminis 1081 reliquiae edita sunt duo connixta esse volumina mihi persuasissimum est. ita autem divido: cum volumine IV a componenda sunt omnia praeter ea quae in pag. 81—93. 95. 98. 100 leguntur: haec autem cohaerent arctissime cum IV b. in omnibus inter se conveniunt quae IV a et VII a, quae IV b et VII b vocavi. in VII a quoque conspicuus est pulcherimus ille calami ductus quem in IV a laudavi. eadem est pagellarum latitudo, totidem litterae in singulis versibus componuntur. adest hic quoque linea illa qua in fine versus spatium expletur in IV a.<sup>3)</sup> πῶμα<sup>4)</sup>, πῶμας<sup>5)</sup>, ποητικός<sup>6)</sup> leguntur, plenioris scripturae exemplum nullum. servatur iota, nusquam ei reperitur. contra in VII b in paucis his fragmentis non desunt huius scripturae exempla.<sup>7)</sup>

sunt in his pagellae dimidiatae; partes dexterarum vel sinistrarum, superiores vel inferiores paginarum. summa cura quaesivi, itane ex

1) catal. p. 77.

2) Studien I. s.

3) p. 104, s. 6. 105, s. 9. 10 etc.

4) p. 101, 12. 104, 4. 7. 9. 109, 4. 6. 7. 9 etc.

5) p. 102, 9. 114, 12.

6) p. 46, 7.

7) κεῖναι p. 103, s. 8. ἐπιγίνεται 83, s. Εὐραπίδης 89, 11.

his quaedam cohaereant, ut certo argumento opinio mea confirmetur. per multum molitus inveni demum quae eiusdem paginae partes videbantur, at ne haec quidem tota coire voluerunt. de his loquor.

CA. IV 171. CA. VII 86.

κᾶν ὄλωσ ἀγνο[ήχη]ι τὸ νο-  
 ούμενον, λέ[γειν] μ[η]δὲ ἐν  
 βλάπτειν, εἰ [κατ]ὰ τὸ ἴδιον  
 ἀγαθὸν ὁ ποιη[τῆ]ς μὴ ἀπο-  
 5 πίπτει ἄτινα γ[ὰρ τ]ρόπον, ὡ  
 Κορύβαντες, ὄ[λωσ?] τὸ πόημα  
 πάντες οὐχ [ὡς] τερέτιμα  
 καὶ κροῦμα νο[οῦ]μεν, ἀλ-  
 10 λὰ λέξεις ἐκ τοῦ [καλ]ῶς συντί-  
 θεσθαι διανόημα σημαί-  
 νούσας, οἶον ὁ |λό]γος οὐ πέ-  
 φυκεν ἂν ὄλ[ωσ ἀγ]νοῆται  
 τὸ νοοῦμεν[ον] .μενοντι  
 οὐκ ἀποπιπτ. . . . προτιθεῖ  
 15 οὐ καθ' ὃ ποιη[τῆ]ς. . . ΝΤΑΛΞΞΕ  
 κτλ.

vs 6 ε[ἴπερ] scribendum censet Büchelerus

in his cohaerent manifesto quae in vs 1—12 utriusque paginae leguntur. contra sociari nullo modo possunt quae in inferioribus exstant. cum autem quae in CA. IV p. 171 a vs 12 leguntur in eodem pergant argumento, contra quae CA. VII 86, 13 sq. agnoscantur plane alio spectent<sup>1)</sup>, altero loco falso duo fragmenta conglutinata esse statuimus. quod eo quoque conprobatur quod post νοοῦμενον, a qua voce incipit fragmentorum dissensus, maius conspicitur spatium, quam quanto in ceteris bini versus dirimi solent. quae ut tristia schedarum harum fata nuntiant tamen recte me iudicasse de volumine IV b et VII b demonstrant. in vol. IV a et VII a certissimo hoc argumento uti non licet, attamen cohaesisse haec ipsa fragmenta testantur. in inlustranda eadem Philoxeni ut videtur dictione versantur CA. IV 177 et CA. VII 94 — fr. 49 et 51 — poeta bonus qui sit plane eodem modo definitur CA. VII 120 et CA. IV 113 — fr 46 et 47 —, non id adpetendum esse ut volgus delectet poeta, ut VII 121 ita IV 133 — fr. 56 et 57 — statuitur. itaque certum habeo ex eodem commentario haec petita esse.

pauca de ceteris voluminibus addenda sunt. vol. 1676. [CA. XI p. 147—66] de quaestionibus est plane diversi generis. εὐφωνία maxime in his tractatur cf. Col. XII p. 165 πῶς οὐκ, ἐὰν τὸ [μ]έ-

1) haec cum eis cohaerent quae CA. VII 92 tractantur.

[τ]ρον τις ἢ τὸ κῶλον ἐκβιάσῃ, διὰ τῆς μεταθέσεως ἀνελεῖ τὰ καὶ τὴν ἀκοὴν ἐπιτέρπως διατιθέντα, οὐ μέντοι γε, ὡς οὗτος οἶεται, συνάξει διὰ τούτου τὸ τὴν ἀ[ρε]τὴν τοῦ ποῆμα[τ]το[ς] ἐ[ν] εὐ]φωνίᾳ κείσθαι. τὴν γὰρ εὐφωνίαν οὐκ... Col. VII p. 160: ἐκ τῆς μεταθέσεως δυσχεραίνομεν, ὑπὲρ οὗ τρόπου τοῦ παντὸς λα[λ]ήσω... ψυχαγωγία quonam modo efficiatur quaeritur Col. IV p. 157 ὅτι οὐ διὰ τῶν τοῦ λόγου διανοη[μ]άτων καὶ λέξεων ἔξερ[γ]άζεται τὴν ψυχαγωγίαν, ἀλλὰ διὰ παραλλαττόντων... cf. VII p. 159: ψ[υ]χαγωγούσιν οὐ παρά τινος λαβόντες ἀλλ' αὐτοὶ γεννήσαντες...; σύνθεσις laudibus effertur Col. VIII p. 161 [συν]θέσει ὅταν εὐρίσκ[η]ται τὸ μὲν [α]φῆς τὸ δ' ἀαφῆ[ς] ἢ τὸ μὲν [ε]ὐκρινὲς τὸ [δ'] ἀ[μ]φίβ[ολον] ἢ τὸ μὲν [ἀ]κ[τεῖον] τὸ δ[ε] φαῦλ[ον] ἢ τι τῶν ἀναλόγω[ν] τοῖς εἰρημένοις... cf. Col. II p. 155 ἀλλ' ὁμοία λέγεται κατὰ τὸ φαύλωσ ἐν τοιοῦτω συνκείσθαι καὶ τοῦτο κρείνεται νοήμα[τ]το[ς] οὐκ [ε]ὐτυχεῖ δηλώσει... altiora quaedam tanguntur fr. IV p. 148: ἐπ[ι] τοὺς προλόγους ἀπιθανώτατον εἶ[ναι] δοκοῦς[ι] πρᾶγμα... et fr. V p. 149: ἀπαγγελεῖν [καὶ] περὶ ἀνδρῶ[ς]... π[ο]λυτρόπου καὶ πο[λ]υ[μ]νή[στου]?... cum Ianio comparatur poeta fr. XI p. 153, cum sculptore Col. III p. 156. in quibus sunt quae conveniunt cum eis quae de compositione (σύνθεσις) disserens in quinto libro exponit Philodemus. sed nexus qui inter fr. II p. 147 et CA. VII p. 90, quam paginam supra p. 19 volumini VII b addiximus, intercedit suspicari me facit volumen 1676 avulsam esse illius scriptionis (VII b) partem. — reliqua autem volumina tam exigui sunt ambitus, ut de his certa coniectura proferri nequeat.

haec igitur quo nexu cum ceteris cohaereant diiudicare non audeo; satis habeo quod de voluminibus quae in CA. t. IV., VII editae sunt certum ferre licuit iudicium.

restat ut de scriptionum quarum in CA. IV et VII continuas deteximus partes argumento exponatur et auctore. volumen IV a et VII a quod vocamus homini Epicureo tribuendum esse supra vidimus. sed adcuratius quoque de auctore statui posse credo. cuius voluminis enim fragmenta dum restituere studeo, haud paucis illi vidi quaevisse, quae nam vis singulis insit litteris (fr. 1—16). indicabatur inserto φησὶν (IV 120 [= fr. 3] vs 18, IV 160 Col. LIX [= fr. 11] vs 2), indirecta quae in his plerumque adhibetur oratione, ex alius doctrina haec repetita esse. quae cum reputarem memoria occurrit loci alicuius e Philodemi libro quinto, quem adponam.<sup>1)</sup>

CA. II 187 [= II 200], vol. Herc. Ox. II 144.

.....  
(praecedunt incerta.)

4 ..... καὶ μηδ' ὅταν τὴν

1) in quo quod vs 9 et 11 licet describere emendatum Usenero debeo.

- 5                    σύνθεσι[ν] ἐπαινῶμεν, ἀ-  
 ποσπᾶ[ν] ἀ[ὕ]την τῶν ὑπο-  
 τεταγμένων. τὰ δὲ  
 περὶ τῶν στοιχείων, ἐ-  
 ν ο[ἴ]ς τὴν κρίσιν εἶν[α]ί φη-  
 10                    ςι τῶν σπουδαίων ποι-  
 ημάτων, τίνας αὐτῶ[ι]  
 καὶ πόσης ἡδονῆς [γ]έ-  
 με[ι π]αρεστακότες ἐν  
 τ[ῶ]ι δευτέρῳ τῶν ὑ-  
 15                    π[ομν]ημάτων, δι[ὰ τὸ  
 καὶ περὶ ποιήματος εἶ-  
 ναι κοινῶς, ἀποδοκιμά-  
 ζομε[ν] παλλογε[ῖ]ν,  
 20                    ὡς[τ]ε τὰς παρὰ Ζήνωνι  
 δόξας ἐπικόψαντες  
 ἤδη μεμηκυμένον  
 τὸ σύγγραμμα καταπαύ-  
 σομεν.

in quibus verba τὰ δὲ περὶ τῶν στοιχείων, ἐν οἷς τὴν κρίσιν εἶναι φησι τῶν σπουδαίων ποιημάτων, nullus dubito quin ita ver-  
 tenda sint: quae autem de litteris, in quibus iudicium ille inesse  
 dixit, num valeant quid poemata etc. στοιχεῖα potuerant sane dicta  
 esse elementa i. e. summa praecepta, quibus derigi ille iusserat  
 de poematis iudicium — sed exspectaremus τὰ περὶ τῶν τῆς κρί-  
 σεως στοιχείων — neque bene subiunguntur quae vs 11—13 le-  
 guntur: τίνας αὐτῷ [scil. scriptori illi] καὶ πόσης γέμει ἡδονῆς.  
 quodsi ipsum volumen IV a in his respicitur, haec quae IV a VII a  
 hucusque vocavi Philodemi sunt libri de poematis secundi reliquiae.  
 refertur enim in his de scriptoris cuiusdam sententia qui mirum  
 quantum tribuit singulis litteris cf. inprimis p. 115, 3 sq. [= fr. 4]  
 καθόλου γὰρ τὴν τοῦ μὴ πρὸς τὸ ἄλφα συναφὴν ἀτοπὸν τι ἔχειν  
 περιπῶσαν . . ἡμῶν τὴν ἔννοιαν ἐπὶ ψυχικὴν τινα διάνοιαν —  
 non totum librum in disputatione de litterarum vi versatum esse  
 docent fragmenta. immo haec ipsa pars fuisse videtur quaestionis  
 quatenam in poematis sit vis soni. omnia enim haec fragmenta quae  
 ad ἦχον spectant manifesto inter se cohaerentia quin secundo Phi-  
 lodemi libro tribuenda sint dubium esse nequit. contra quae prae-  
 terea in vol. IV a VII a leguntur de compositione et delectu verbo-  
 rum, de poetae officio, num eidem libro adjudicanda sint dubitari  
 sane potest. sed quoniam ab eodem scriba haec exarata sunt omnia,  
 quoniam frustra circumspexi vestigia quibus seorsum haec olim tra-  
 dita esse indicentur, iungenda interdum haec putavi.

quae sufficiunt de volumine IV a VII a, Philodemi libro se-  
*cundo, cuius fragmenta in sequentibus proponam.*

sed erant quae ut IV a, seponenda duximus p. 9 haec in singulis mire congruunt cum libri secundi Philodemei fragmentis. quod ita explicandum esse crediderim, ut scriptoris quem secuturus sit primum paucis Philodemus indicaverit sententiam, quemadmodum in libris de re musica factum videmus. sed cavendum erit, ne nimis tribuamus fragmentis his perditissimis. e quibus quae aliquatenus quidem intellegi possunt addidi in calce huius scriptionis.

ad quaestiones plane alias volumen IV b VII b nos deducit. inquiritur, utrum praefendus sit poeta qui fabulae argumentum ipse invenerit, an ille qui ab alio inventum melius excoluerit — cf. CA. VII 91. 93. CA. IV 195. 172 —, num ei solum laudandi sint qui honestae vitae et proborum morum personas in poematis exhibeant, an ei quoque qui improbas potius imitentur — cf. CA. VII 88. 89. 95. CA. IV 201. id ipsum fortasse quod in diiudicandis poematis respiciendum hoc esse negat scriptor — probine depingantur mores an improbi — ad Philodemum facit. accedit quod Stoicorum rideri videntur de poetae officio praescripta.<sup>1)</sup> denique dictionem ab auctore adhibitam esse quae Philodemo est in deliciis Gomperzius adnotavit.<sup>2)</sup> itaque haec quoque fragmenta viginti et tria Philodemo ego tribuerim.

ultimo loco quaerendum reliqui, num inde fortasse efficere quid liceat de librorum singulorum auctoribus, quod in nonnullis nominatur Heracleodorus, homo ceteroqui non minus ignotus quam haud pauci alii quorum memoria ex his chartis suscitata est. proficiscendum est a Philodemi in libro quinto verbis, quae ita scribenda esse censeo.

CA. II 182, vol. Herc. Ox. II 139.

23	ἀλλὰ γὰρ ἐ[π]εὶ καὶ τὰ
	πρὸς τοῦτον εὐτρέπικ-
25	ται, τὰ [ἐπὶ] τῷ Κρα[τίπ]-
	πῳ ? πρέπει θ]εω[ρ]ῆσαι·
	ἀπο[τυγ]χάνει τοίγαρ
	οὖν [τῆ]ς Ἡρακλεοδώρου
	καὶ τῶν ὁμοίων δό[ξ]ης,
30	οὐ γ]ὰρ τὴν σύνθεσιν, ἀλ-
	λὰ τὴν ἐπιφαινομένην
	α]ὐ[τῆ] φωνὴν ἐπ[αινεῖ],
	ὡς κ]αὶ τῆς Ἀνδρομέν[ου]ς <sup>3)</sup> ,
	πά]ντῃ γε νομίζων ὁ-
35	μολογεῖν αὐτὸν καὶ διὰ
	πα]ντὸς τοῖς εἰρημένοις.

1) VII 90. Usen. Ep. s. v. Cτωικοί.

2) IV 198 κἀν βάλῃ καλῶς, cf. Studien I. s.

3) hic recurrit CA. IV 200 = fr. 67, ubi praecedit sententia vera Epicurea. an hic latet ib. 113 = fr. 47?

adversario, cui quod nomen fuerit — Κράτιππος an Κρατερός an Κρατύλος an Κρατίνος — incertum manebit, obicitur error, quem in enarranda Heracleodori de compositionis pretio sententia commiserit. quoniam igitur animo in Heracleodorum fuerit ipse Philodemus hoc e loco non adsequimur.

sed alium invenisse mihi videor, ubi ipse Philodemus hanc sententiam quae Heracleodoro supra adscripta est vehementer reprehendit:

CA. II 181, vol. Herc. Ox. II 138.

28	[ἄ-
	θλιομ μὲν γὰρ κ[αὶ τὸ τὴν
30	ἐπι[φ]αινομένην τῆ[ι]
	συνθέσει τῶν λέ[ξε]ων
	εὐφωνίαν εἰσάγειν καὶ
	ταύτης ἀνατιθέναι τὴν
	γνώσ]ιν τῆι τριβῆι τῆς ἀ-
35	κοῆ]ς, ἀθλιώτερον δὲ
	κτλ.

haec sine dubio ad eandem spectant doctrinam; quam cum e priore loco Heracleodori esse comperimus, tum ex altero licet statuere ab ipso Philodemo impugnatam esse.

reliqui autem de Heracleodoro loci obscuriores sunt, quam ut certa sententia eruatur — praeter unum hunc ubi ita contra illum disputatur.

CA. VII p. 100 (vol. VII b).

	..... κεινεί
	γὰρ οὐ τὰ ἀπόητα, ἀλλὰ τὰ
5	πεποημένα: διανοήματα δὲ
	καὶ ταῦτ' ἔστιν, Ἡρακλε-
	οδώρου νομίζοντος ὅλων νό-
	ημα μὴ κεινείν', ἀλλ' οὐ μό-
	νον τὸ ἀπόητον' ὥστε [κα]τα-
10	γελάττως ἐπιφέρει * * *

rest. Usener. Epic. s. v. Ἡρακλεόδωρος.

Heracleodorus animos movendi vim in sententia inesse negaverat. contra monetur sententiam a poeta artificiose excultam hac vi praeditam fore, incultam non fore.

hoc quoque loco plane contraria censuisse Philodemum licet demonstrare. ille sententiis primarium in poematis adtribuerat locum. conferantur verba, quae subsequuntur ea quae in pagina hac adhibui.

CA. II 181, vol. Herc. Ox. II 138.

.. (ἄθλιον μὲν vs 28)  
... ἀθλιώτερον δὲ τὸ  
τὴν σύνθεσιν αὐτὴν τῶ[ν]  
λέξεων, διανοίᾳ γινω- || p. 182  
ριζομένην, πότερον φαύ-  
λα ἢ σπουδα[ῖα ἔ]χει  
ταῖς ἀλόγοις ἀκ[οαῖ]ς καὶ  
μηθὲν πολυπραγμο-  
νοῦσαις τῶν ἐπιτευμά-  
των ἢ διαπτωμά[των]  
ἀνάπτειν.

certum iam Heraclaeodorum Philodemi habebimus adversarium. atque hoc novum nobis praebet indicium volumen IV b VII b ipsius Philodemi continere scripturam.

in fine praefationis, quid singulis his disputationibus adsecutus placet componere. in quarto et septimo CA. voluminibus duarum scripturarum partes continuas deteximus. alteram Philodemi libri secundi reliquias praebere ex ipsius in libro quinto verbis conclusimus; alteram eidem tribuendam esse veri simillimum visum est. ceterum contra ea quae in Philodemi libro secundo leguntur disputantem cognovimus illum, cuius verba servavit volumen 994, quem ab Epicureorum doctrina alienum fuisse exposuimus. unum hoc miri quid habet, quod repertus est in bibliotheca, a Philodemi fautore sive Piso is fuit sive alius quis condita, libellus in quo huius in-pugnantur sententiae. sed huius domus quae fuerint fata nescimus. id videmus etiam post Philodemi tempora libros additos esse.<sup>1)</sup> et quoniam de voluminis 994 ratione iudicare aliter non possumus, quam fecimus supra p. 13 sqq., statuamus necesse est adversarium quoque libris contra ipsos Philodemi commentarios conscriptis locum in huius bibliothecae pluteis concessum esse. fortasse Philodemus ipse ut Chrysippi<sup>2)</sup> sibi libros comparaverat ita aequalis quoque adversarii accivit libellum, ut quae ille contra monuerat agnosceret et occasione data refutaret.

1) Scottius, catal. p. 15; vol. 817 carmen de bello Augusti Aegyptiaco. Baehrens poet. lat. min. I 212 sq.

2) vol. 1038 Χρυσίππου περὶ προνοίας β'. Gercke Chrysispea fr. 19—25.

ipsa Philodemi fragmenta una cum his prolegomenis eduntur in Fleckeiseni annalium tom. suppl. XVII p. 237 sqq.



## V i t a.

---

Fridericus Augustus Hausrath natus sum die XX mens. Iun. a. MDCCCLXV Caroliruhæ patre Adolfo, matre Enrietta e gente Fallenstein, quibus superstitibus gaudeo. fidem profiteor evangelicam. anno MDCCCLXIX Heidelbergam transmigraverunt parentes, ibique a. MDCCCLXXXIII—VIII gymnasium adii, quod Uhligio etiamnunc floret rectore. ab a. MDCCCLXXXVIII—LXXXIII gymnasium frequentavi Mannhemiense. maturitatis testimonio instructus Heidelbergæ studiis historicis et philologicis per ter sex menses operam navavi. vere a. MDCCCLXXXV hanc almam Musarum sedem adii, cuius per quinquens sex menses civis fui. autumnio anni MDCCCLXXXVII Heidelbergam redii. ubi per menses hibernos moratus, vere anni insequentis examen, quod superandum est eis qui appetunt facultatem docendi in re publica Badarum, Caroliruhæ absolvi.

docuerunt me VV. CC. Bartsch, Brandt, de Duhn, Erdmannsdoerffer, Fischer, Osthoff, Rohde, Schoell, Uhlig, Wachsmuth, Winkelmann, Zangemeister Heidelbergenses, Buecheler, R. Kekulé, Kueppers, Luebbert, Menzel, Meyer, Nissen, Schwartz, Usener Bonnenses. seminariorum philologorum Heidelbergensis et Bonnensis — per sex menses illius per terna semenstria huius — sodali esse mihi licuit egregia in me Schoelli Wachsmuthi, Buecheleri Luebberti Useneri benevolentia. seminarii historici sodalibus benigne me adscripsit Nissen; exercitationibus me admiserunt philologicis Buecheler, Schwartz, Uhlig, epigraphicis Buecheler, Zangemeister, historicis Erdmannsdoerffer, palaeographicis Menzel, paedagogicis Uhlig, archaeologicis de Duhn, Kekulé.

Praeceptoribus omnibus gratias habeo maximas; inprimis vero F. de Duhn, Buechelero, Kekuléo, Nissen, Usenero quid debeam nunquam obliviscar.

---

## Sententiae controversae.

### I.

In Euripidis fabulis codicis S [archetypi deperditi codicis L (Laurentiani 32, 2) et P (Palatini inter Vaticanos 287, cuius pars abscissa est cod. G Laurentianus 172)] lectiones his locis contra Prinziium, novissimum editorem, defendo.

- Alcest. vs. 190. ἡ δὲ λαμβάνουσι ἐν ἀγκάλαις  
ἠσπάζετ' ἄλλοτ' ἄλλον· — ἐς ἀγκάλας rell.  
„ vs. 247. . . δύο κακῶς πεπραγῶτας,  
οὐδὲν θεοὺς δράσαντας ἀνθ' ὄτου θανεῖν.  
θανεῖν L, θανῆ rell.  
„ vs. 333. οὐτ' εἶδος ἄλλως ἐκπρεπεστάτη γύνη.  
εὐπρεπεστάτη rell.  
Med. vs. 988. ἄταν δ' οὐχ ὑπεκφεύζεται —  
ita L, ὑπεφ P — ὑπερ rell.  
Hec. vs. 531. κἀγὼ παρατὰς εἶπον ἐν μέσοις τάδε —  
κατατὰς A, a.

### II.

Thucyd. IV 118 — p. 305, 3 Bekk. — τοὺς δ' ἐν Κυθήροις μὴ ἐπιμιχνομένους ἐς τὴν Συμμαχίαν, μήτε ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς μήτε αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς — corrigo: μήτε ὑμᾶς πρὸς αὐτοὺς μ. ἀ. πρ. ἦ.

### III.

instrumenta foederum quae Thucydides servavit haud recte Kirchhoffius corrigendo ad solemnem foederum, qualem e lapidibus cognovimus tenorem revocavit.

### IV.

inscriptio Pompeiana parietaria quam edidit Mavius bullet. 1878 p. 190:

C. Hadius Ventrío eques  
natús Romanus inter beta[m] et brássica[m]  
versus est in hominem confictus qui ex rure ortus inter equites  
Romanos sedem postea obtinuit.

